

BœROBISTA GERMANIAE REX.



Bœrobiſta uſr armorum uſu & prudentia ſingulari magnum ſibi apud Orientales Germanos nomen comparauit, eo tempore cum Iulius Cæſar & Pompeius ciuile bellum cepiſſent. Itaç is omnium confenſu à ſuis rex declaratur. Is ſtatiſ ſuos populares, præſertim Dacos & Getas, crebris hactenus bellis attritos, uiectus ſobrietate & obedientia recreandoſ curauit, & quotidiana armorum meditatione, laborumq; patientia instru-ctos eo promouit ut facile cæteris Germaniæ po-pulis uirtute anteirent. Uſus eſt auito more gen-tiſ ſacro consultore uateq; fatidico Diceneo. Hu-iuſ persuasione uites exciſæ, uitamq; abſtemiam ſine uino agere decretum. His bonis ſuorum artibus Bœrobiſta fretus, latiſ-ſimum intra paucos annos imperiuin peperit.